

tamen domibus vineis iardinis olivetis et aliis possessionibus curie nostre, quorum et quarum proventus et reditus eisdem secretis preteriti anni V. indictionis constiterit fuisse concessos ⁸ cum secretis predicta, eo quod huiusmodi domus vinee iardina oliveta et possessiones alias, que locate fuerunt in exalium cum secretis predicta pro eodem anno V. indictionis, ~~et~~ ^a principio presentis anni VI. indictionis in antea a secretis ~~ipsa~~ ^{ex} ~~exclui~~ ^{exclui} mandavimus et per magistros procuratores et portuianos ipsarum parium, ut bene et congrue reparentur et colantur temporibus opportunis, ad credendam pro parte nostre curie procurari; hoc modo videlicet quod presententur et statuantur ⁶ ⁹ specialiter ~~et~~ in quacunque terrarum demanui nostre ipsarum parium duo de melioribus et dicentibus ipsius terre, qui tamquam boni patres fauencias circa diligentem et continuam procuracionem et culturam ipsarum domorum vinearum iardinorum olivetorum et possessionum aliarum intendant et intendi faciant et ea bene decenter et congrue procurant ac reparari laborari et excoli faciant temporibus opportunis et illam de eis curam et custodiam habeant, quam de possessionibus eorum propriis deberent gerere et habere, ut ex diligenti cura et custodia quam de eis labuerint, domos ex congrua reparatione semper in bono statu existant et vinee iardina et oliveta ac alie possessiones ex congrua et necessaria cultura meliorentur continue et pro ~~pro~~ ^{pro} curie nostre comodi fauente eorum studio annis singulis fructificent,

⁸ ⁹ Reg. concensis ⁶ ⁹ Reg. ^{Text} ~~presententur~~ ^{presententur} et statuantur.